



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

147. An casset dispensatio, cessante causa post integrè, & perfectè
obtentam dispensationem? Et pro praxi prædictæ quæstionis explanantur
aliqui casus, & tota doctrina hujus Resolutionis est valdè ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

De Dispensationibus. Resol CXLVI. &c. 271

18. Respondeat secundum idem actor, quem sequuntur et Sanchez ubi supra, cum iurisdictionem dari concedente licentiam, cuius virtus manet moraliter in ipsa gratia ita concessa: & ratio est, quia concessa facultate hanc, ex tunc transferit iurisdictionem in alium, quantum est ex efficacia voluntatis: quam tunc habet, que dum non retrofractam ab ipsomet, vel facultate, sufficit, ab ipso nova voluntate, & formaliter applicatio quasi materialis ad talen perfunctam, quae sufficienter fieri potest virtute dicti priuilejii, in gratia permanentis.

sationem revocare. Dicendum est igitur absolute, quod si valida fuit dispensatio in lege propria, vel inferioris, vel in iis, quae pertinent ad ius diuinum, ut in votis, vel iuramentis, y� talis dispensationis contingens post cessationem cause, non est ex genere suo peccatum mortale, & probabile est ne esse veniale; sed rem omnino licitam.]

RESOL. CXLVI.

An cessante causa dispensationis, cesseret ipsa dispensatio?
Et in exemplum huius difficultatis adducuntur diversi casus in textu huius Resolutionis. Ex part. i.
tit. 10. Rel. 41.

Affirmatiu[m] sententiū sustinet Sanchez
de matr-toni, lib.8. disp.30. num.14. &
ali penes ipsum. Et ratio est, quia facilius tollitur
prulegium, quale est dispensatio, quam ius com-
mune, at ius commune cessat, cessante eius causa
finali: ergo a fortiori ius speciale. Multas alias ratio-
nes adducit Sanchez.

12. Sed siue haec sententia sit probabilis; contra-
nam probabilitatem est iudicio, quam tunc tur Pon-
tius de matr. libr. 8. cap. 20. num. 4. Salas de leg. b. disp. 20.
f. 53. num. 64. & seq. Granado in part. 2. confr. 7.
tral. p. 2. difus. 17. seq. 4. num. 36. Gutierrez
canon. lib. 1. cap. 5. num. 30. & 132. & nouissime
tral. de matr. cap. 126. num. 2. cum Sá verb. gratia,
num. 6. & alij penes ipsos: & idem astro, quod si
quis a principio obtinuit dispensationem cum causa
rationabili & sufficienti; postea tamen decursu tem-
pore cessauit totaliter illa cauila; non peccat utens
tali dispensatione. Et ratio est; quia per illam dispen-
sationem vere relaxata est illa lex, ac cuius obligatio
extincta: ergo non potest reuiverescere, eò quod cau-
ila cessauit. Ceteras rationes vide apud Sanchez, qui
licet contraria opinionem tenet, & diximus; ta-
men in fin. num. 13. sic asserit: [Qui] hanc senten-
tiam amplectetur, damnari non posset; cum graues
pe le Authors habent, nec rationibus definita sit;
nec opposite ita concludant, quin soli possint. Vi-
de ex his infestum cum Suarez de obig. lib. 6. cap. 20.
num. 13; quod irregularis dispensatus ad Ordinem
propter paupertatem.

propter pauperem suum, vel propter indulgentiam ministrorum Ecclesie, licet postea cessaat illa causa ante suscepitos Ordines; nihilominus potest licet ordinari ex vi illius dispensatio[n]is. Item, si quis est dispensatus non ieiunandum per totam vitam, & illa causa postea omnino cessaret; nihilominus posset vix illa dispensatio[n]e.] Vnde asservit S[an]ctus Ios[aphat], num. 65: in fin [Abiurandum aliqui b[e]ne*v*ie*u*t, dispensatum in perpetuum ad eum caru[n]t, proper infirmatum, ea cessante illis vesicis. Sed reponendo, non peccare mortaliter; sed ad sum[m]am vita*l*iter; quia dispensatio retinet suum valorem, donec recuperetur. Dices: In omni dispensatione intelligitur conditio, modo causa permaneat; ergo causa cessante cessabit dispensatio; alias inquis esse dispensans, quia vellit dispensationem fieri causa manee. Respondetur, taliter dispensatio[n]em esse absolutam, nec iniquum esse dispensatorem, quia probabilitate persuit, causam fore perpetuam, & id disp[on]uit, vel limitauit, seu restrinxit; sed sciens postea causam cessasse, debet dispensa-

sationem reuocare. Dicendum est igitur abfolatè, quod si valida fuit dispensatio in lege propria, vel inferioris, vel in iis, quæ pertinent ad ius diuinum, vt in votis, vel iuramentis; plus talis dispensationis contingens post cessationem causa, non est ex genere suo peccatum mortale, & probabile est nec esse veniale; sed rem omnino licitam.

RESOL. CXLVII.

An ceter dispensatio, cessante causa post integrum & perfecte obtinam dispensationem?
Et pro praxi predicta questionis explanantur aliqui casus, & tota doctrina huius Resolutionis est valde notanda. Ex p.8. tr.3. Rcl.24.

§. 1. PRO declaratione quæstionis suppono pri-

nus principalis, adhuc manere in suo robore dispensationem, si non cessaerit causa finalis, seu praecipua. **Secundum** est, licet cesset pars causa finalis, si non cessavit omnino, seu quoad omnes partes, adhuc valere, & durare dispensationem, in modo in dubio an cessaerit omnino cedula, vel an cedula, que cessaerit, fuerit finalis, an compulsiva, censendum est perseverare dispensationem, & eius effectum, quia in dubio, an valeat, dispensatio, standum est valoris illius. **Tertium** est si postquam a Papa, v. g. commis-
sa est facultas dispensandi, antequam Commisarius dispenset, cessaerit omnino cedula dispensationis, nulla prouersus erit dispensatio, quia tempore dispensationis non subsistit cedula, sine qua a Papa non dat facultatem dispensandi. **Quarum** est, si cum dispensatio reducata tam sicut ad actum irreuocabilem, cesse
cedula dispensationis, non propterea vim suam amittit dispensatio. v. g. Dispensauit Papa in impedimento consanguinitatis propter paupertatem fecimina, si post coniactum matrimonium obtineat diuitias, non idcirco redditur matrimonium irrritum; & idem verum est, si actus, vel effectus non potest comminande reuocari. v. g. Collatum est aliqui beneficium dis-
pensando cum illo propter aliquam causam, licet postea cessaerit, non amitti beneficium, quia id fore incommodum. Similiter si irregularis dispensatus est ad omnes Ordines recipiendos, & post suscep-
tum Subdiaconatum cessaerit causa dispensationis, posset ad reliquos Ordines ascendere, quia oppositum esset illi valde incommodum & difficile.

2. His suppositis superest grauis quæstio, an si post concessam dispensationem, & executioni mandatam, cesseret omnino causa finalis dispensandi, & actus possit sine incommode revocari? cesseret dispensatio, nec deinceps licet illa vti. v. g. Dispensauit Pontifex cum aliquo in voto castitatis propter vehementes tentationes, & frequentes lapsus; queritur, an si decursu temporis cessent omnino tentationes & lapsus, reuinat votum castitatis, & proinde cesseret dispensatio. Similiter dispensauit Papa cum aliquo in præcepto recitandi, aut ieiunandi propter infirmam valetudinem, queritur an si postea conualefecat, teneatur recitare, aut ieiunare. Dispensauit denique in irregularitate propter causam sufficiemtem, petitur an ea celiante, redeat irregularitas, & si de illius causa non redidit.

& sic de aliis innumeris.
2. Et affirmatim sententiam ex Sanchez nō
viffime docet P. Amicus *tom. 5. dispu. 6. section. 10.*
num. 173. Quoniam omnis dispensatio præsumitur
iuste concessa ab ipso dispensatore: ut autem si iuste
concessa, debet hanc tacitam conditionem includere.

Sup. hoc in
Ref. præteris
ta, & supra
lege doctrinam
Ref. 748
& alterius §.
eius secun-
dæ not.

Tractatus Secundus

dere, si causa propter quam conceditur, permaneat; ergo ea cessante, cessat dispensationis valor. Major cum consequentia constat. Minor, in qua tantum est difficultas, sic probatur. Non minus moralis effectus voluntatis Principis dispensantis, est ipsa perseverantia dispensationis quam prima productio eiusdem: ergo non minus perseverantia ipsa, quam prima productio dispensationis, debet a iusta voluntate Principis dispensantis procedere: neque autem perseverantia dispensationis a iusta voluntate Principis procedere, nisi sub tacita conditione, si causa ipsa sit perseverantia; ergo ut iusta sit voluntas Principis respectu perseverantiae dispensationis, debet ad illam fieri sub tacita conditione, si causa perseverantia sit. Antecedens patet: nam tam prima productio, quam perseverantia dispensationis, est a Principe intenta tamquam moralis effectus ipsius. Prior consequentia constat, quoniam respectu omnis eius, debet Principis voluntas esse iusta, cuius est moralis causa. Minor probatur; nam sicut non potest prima productio dispensationis procedere a iusta voluntate Principis, nisi sub tacita voluntate, si preces veritate nitantur, ita nec perseverantia eiusdem, cum non minus unum, quam aliud debet a voluntate Principis dispensantis procedere.

4. Confirmatur primò; nam cessante causa dispensationis, reuiniscit ius commune obligans ad sui obseruantiam: ergo cessante causa dispensationis, cessat dispensationis valor. Consequentia patet; quia valor dispensationis est deobligatio a lege communii: ergo si ea reuiniscit cessante causa dispensationis, cessat dispensationis valor. Antecedens probatur; nam cessante causa dispensationis, dispensatus naturali iure subicitur legi communii: quia cessante causa dispensationis, lex naturalis dictat, dispensatus subicitur iuri communii: igitur cessante causa, lex naturalis dispensatum subicitur legi communii.

5. Confirmatur secundò, quoniam probabilitas est, ut ex supra disputatur constat, hunc non posse absque peccato, saltem veniali, contra legem communem sine causa dispensatione vti: ergo præsumi non potest, quod Princeps talem vnum illicitem, & peccaminorum voluerit: voluerit autem saltem implicitè, si absolutè talem dispensationem concessisset, cuius usus probabiliter teneri poterat aliquando peccaminos, & illicitos. Et haec omnia docet Amicus ubi supra, cui addit Portel in responso moral. tom. 2. cap. 49. num. 18. vbi sic ait. Si Papa concessit Episcopo facultatem, ut dispensaret cum Petro irregulari ad Ordines sacros recipiendos, assignans pro causa paupertatem parentum, & antequam Episcopus dispenderet, cœllaria causa dispensationis, ut quia parentes mortui sunt, vel facti sunt diuites præter spem, iam non potest Episcopus dispensare, cum cessauerit causa dispensationis. Facultas enim illa dispensandi concessa fuit Episcopo conditionaliter, si preces veritate nitantur; & in hoc casu iam non est verum, quod parentes Petri pauperes sunt. Sic Bonac. punt. 10. num. 1; vbi ait cum Sanchez ibi citato, hoc esse intelligendum, quando causa dispensationis cessavit in toto vel omnino. Si enim solum cessavit ad tempus, transacto partu tempore renixit causa dispensationis, poterit dispensare; quia in tali casu non fuit causa vere ablata, sed suspensa. Et hinc colligatur, quod causa ob quam Papa alicui concedit ut dispense, non solum debet existere quando Papa Romanus concedit illam facultatem, ut dispensetur: sed debet etiam illa causa existere tempore, quo delegatus a Papa dispenseat. Bonac. citat. punt. 10. m. 4. cum aliis ibid. citat.

6. Licet aliqui DD. graues citati à Bonac. punt.

10. num. 4. censeant, quod dispensatio iam obtenta ob causam tunc subsistenter, non cesset, etiamsi postea cesset causa: tertior tamen, & tutor sententia est, quod cessante causa ob quam dispensatum est, cessat etiam dispensatio: hanc tenet Sanchez, Tiraquellus & multi ab vitroque citati, quos sequitur Bonacina. punt. 10. num. 5. & 9. Hac sententia. Probatur, quia dispensatio penderet a voluntate superioris: superior autem non censeatur velle, ut locus dispensationis sit, si causa dispensationis cœlest. Non enim præsumitur velle aliquem ab obligatione legis eximere, cique concedere facultatem faciendo contra legem non subsistente iusta causa, alioqui talis concessio, seu dispensatio esset iniqua. Et ultra alia exempla adducta à Bonacina, facit exemplum in praxi: nam dispensatio vescendi carnis in Quadragesima ob certam infirmitatem, cessat cessante illa infirmitate, quæ fuit causa dispensationis, & hoc exemplum recipitur communiter in tota Ecclesia. Hic sequitur primò, dispensatum in ieiunio propter aliquam infirmitatem, teneri ad ieiunium cessante infirmitatem. Sequitur secundò, dispensatum in aliqua lege humana, vel divina, ut in iuramentis, vel votis, non videri immunem a peccato iuxta materiam, & præcepti gravitatem, si tali dispensatione vtatur postquam omnino cessavit causa dispensationis. Ita Portel.

7. Sed negatiuam sententiam fatis probabilem, & tutam in praxi existimo, & ita ex Suarez Salas, & aliis, doceat lapidissimus P. Granadus in part. 2. controv. 7. tractat. 3. part. 2. dispat. 17. scilicet 4. num. 36. Et patet aperte ex glossa in cap. ex tua, de filii presbyter. verb. irritare, vbi ait, dispensationem temel factam non esse amplius reuocandam, sicut nec iniuria remissionem. Sentit ergo non cessare, nisi reuocaretur, postquam temel concessa est.

8. Probatur aliter, vniuersitate ratione: dispensatio est relaxatio, virtute cuius eximitur subditus ab obligatione legis, ita ut perinde possit contra legem operari, ac si lex non esset: ergo etiamsi causa dispensationis, non cessat dispensatio. Probatur consequentia, quia cessatio causa non obstat, quo minus illa relaxatio vere facta fuerit: ergo non obstat; quo minus extincta sit obligatio; ergo adhuc manet subditus deobligatus.

9. Confirmatur primò, quia legislator est, qui imponit obligationem seruandi legem; ergo ut subditus teneatur illam seruare quando cessat causa dispensationis, necesse est iterum a Legislatori imponi obligationem: fed' ex nullo capite colligi potest hac impositio; ergo adhuc cessante causa dispensatio retinet dispensatio vim suam, qua abstulit obligationem.

10. Diccs legislatorem dispensasse sub tacita conditione, quod nimis causa dispensandi duraret, vnde ea non durante, quasi reuiniscit obligatio legis, quippe quæ solum abla fuet pro tempore, quo causa duraret. Sed hoc facile refellitur, quia factio supponitur inesse dispensatione hanc tacitam conditionem: verba enim dispensationis absolute sunt, & nullam conditionem eiismodi significant, ut videmus in quotidianis dispensationibus.

11. Confirmatur secundò, quia quid temel destrutum est, non reproducitur nisi a eo, qui habet vim reproducendi, sed solum legislatore est, qui habet vim reproducendi, tunc iterum comendi legem, ergo quando illi non condit iterum illam, non redit lex. Sola autem cessatio causa non est ipse legislator; ergo non habet vim faciendi, ut redcat iterum lex.

12. Nec obstat dicere, quod absurdum est, si aliqui detur dispensatio ad cœndas carnes proprias infirmam

De Dispensationib. Resol. CXLVIII. 273.

infirmitam valetudinem, aut dubium de illa, posse etiam comedere carnes, licet omnino convalefacat, & manifestum sit posse iam a carnis abstinere. Et idem est de illo, cum quo dispensatum fuisset in legi etiunij.

13. Nam respondet Suarez esse aliquas dispensationes, quae habent tractum successuum, quarum vius nimirum non consistit in indubibili, sed per multis dies, aut actiones exercendus est, & eiusmodi utrum est, cessante causa cessare dispensationem; quia est concessa nisi pro tempore, in quo durat causa. Itaque dispensatus in lege etiunij, vel abstinentia a carnis ob infirmitam valetudinem, non potest vii dispensatione in diebus, in quibus bene valeat, quia dispensatio haec habet tractum successuum, & non conceditur nisi sub ea conditione, quod minimum causa perfuerit. Sed haec solilio difficilis est: nam in aliis dispensationibus reperiuntur iste tractus successuum, quas tamen Suarez non dicit cessante causa, v. g. Dispensatio concessa est a cui vi ducit vxorem propter periculum incontinentiae, potest iste ducere uxorem etas, vel post mensem, vel annum; & tamen si hodie post obtentam dispensationem voti castitatis cesset tale periculum, poterit nihilominus matrimonium inire. Et dispensatus in irregularitate propter paupertatem, potest hodie, vel etas, vel post mensem ordinari, licet parentum necessitas cesse, antequam ordinari incipiat.

14. Proprieta fortasse Iohannes de Salas *sopra*, fine illius *fictionis*, concedit posse illum hominem non ieiunare, aut comedere carnes, etiam si cesset causa dispensationis, quin propterea peccet nisi ad summum venialiter. Quam solutionem sic explico; duplice potest Pontifex cum aliquo dispensare in etiunio ob infirmitatem; uno modo, quia infirmitas est temporanea, & quia prudenter credunt post aliud tempus cessatura, & tunc sine dubio non potest infinitus vii dispensatione, cum iam convalevit, quia falso tacite concessa est pro tempore determinato, in quo durauerit infirmitas, non pro maiori altero modo, quia infirmitas arbitrio Medicorum creditur semper duratura; tamen enim esse aliqua morborum genera, quae prudenter creduntur non finienda, & tunc exitim posse infirmum vii dispensatione, ac proinde comedere carnes, v. g. per totam vitam, licet fortasse convalefacat; quia dispensatio fuit absoluenda, & in perpetuum: quod autem causa extraordinario cesseretur causa, non tollit concessionem absolutam, & sine limitatione, quam prudenter tribuit Pontifex. Quod autem Salas addit, ad summum peccaturum venialiter illum qui tunc veteret dispensatione, non improbo, quia aliquid indecori affect nunquam ieiunare, cum nihil sit, quod obstat.

Ceteras rationes, quas contra hanc negavit sententiam adducit Sanchez optimè soluit *Conclusus obi. sopra*, ad illum, & non pigebit.

15. Nam tamen quod post haec scripta inueni Io. *proprieta in part. 2. D. Thom. quest. 97. dub. 3. num. 31.* nonne pertractare questionem, & sententiam negat, am tanquam probabilem admittere: unde non grauit, ut hic per extensum eius verba apponere. Sic ergo affert. Notandum quando alicui dispensatio est concessa, tam non cessare, quamvis dispensatus renunciaret, si renuntiatio acceptetur a Legislatori legis, & hoc cum implicitè rursus ab eodem imponatur; quia sub eius non potest sua auctoritate sibi legem imponere, ya est liberatus. Similiter non cessat dispensatio, si nequam aliquis ex ea operatur, cesset causa, quia causa adhuc quantum legi, que quoad remotum effectum, non de-

bet perdurare. Aliqui aliter sentiunt, sed quod diximus videtur probabilius, quia per dispensationem legitimè factam ius est acquistum dispensato, quando autem alicui ius est acquistum, non solet repudiari ex causa cessatione.

16. Confirmatur; quemadmodum est legislatoris legem condere, ita eius est alicui obligacionem illius de novo imponere; quando ergo aliquis per dispensationem à lege est exceptus, vt iterum ea obligetur cessante causa, debet a legislatore imponi ex nullo autem capite deducitur imponi, quia cessatione causa non aptè concludit decisionem effectus, ut etiam patet in naturalibus. Si tamen solum datum est mandatum dispensandi, illud non posset mandari executioni si causa cessaret, posset tamen si quando cauta reuulseret.

17. Aduerte tamen aliquos contrarium tenere, quia est gratia facta dispensando, unde censem posse fieri quamvis committens mortuus sit, quod non videtur omnino improbabile.

18. Dices, ex paulo ante dictis sequeretur eum, qui non valens ieiunare, impetrasset dispensationem, posse non ieiunare, quamvis non esset debilis. Respondeo negando sequelam; si dispensans non supponatur peccare in sua dispensatione; sed velle prudenter dispense, quia haec dispensatio generali modo facta est virtute multiplex, & virtute includit conditionem quandiu causa ad dispensandum durabit. Videri potest Layman de *legibus*, cap. 22, num. 16. & quidam alij, qui censem quando dispensatio est de re diuidua & successiva, & concessa est ob causam diuidam, cessante causa cessare dispensationem, quia dispensatio quandiu fuerit causa: in praesenti autem non perdurat causa, vt suppono. Aliqui tamen non improbabilitate censem, quod quando dispensatio facta est eo quod iudicio Medicorum infirmitas censatur futura perpetua, censi possit absoluta, & nos tenetur aliquis ieiunare quamvis valetudinem recuperet. Hucusque Praepositus.

RESOL. CXLVIII.

An si dispensatus circa aliquod impedimentum criminis, postea incidat in aliud simile crimen tenetur mentionem facere de priori dispensatione, & quid de criminibus diversi generis? Ex part. 8. tr. 3. Ref. 75.

§. I. Respondeo in eo casu, quo circa idem peccatum, vt circa idem crimen occisionis vxoris, & adulterio cum animo ducendi adulteram, sit semel dispensatum, vt eam doceat, si iterum dispensatur ille incidentia aliud simile crimen, & petat secundam dispensationem, hanc secundam non valeat, nisi fiat mentio prioris. Pater, quia non censetur Pontifex bis velle remittere idem genus peccati, iuxta l. 3. Cod. de Episcopatis audience, ibi remissio nem venia criminis nisi semel commissa non habeant, si autem esset aliud genus criminis, vt fides data cum adulterio, tunc semel impetrata dispensatione ad unum matrimonium propter primum crimen, si adhuc impetratur secunda dispensatio propter secundum, prima non esset mentio necessaria, quia peccata sunt diuersa, & viuis remissio non obest remissioni alterius. Ita Couartuus lib. Variorum, cap. 20. num. 3. Guttierr. qq. canon. lib. 2. cap. 15. numer. 89. quibus addit Ochagaviam de sacrament. Matrimonio dispensat. tract. 1. quest. 9. num. 7. qui etiam contra Sanchez lib. 8. disput. 22. num. 22. docet, existente priori dispensatione nulla, non esse necessarium, eius mentionem facere in secunda, siue prior sit concessa

cu n